4266

Grochi Niemierzyg Obligatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Bransken. personaliter compars
Nobilis Mathias olim Michaelis Grochowski de Grochi Niemierzyn. sanus
sana mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit
Quia Nobili Sebastiano olim Gregorij Dubowski Rybnik et eius posteris
bonorum suorum immobilium in bonis Grochi Niemierzyn sitis in campo dicto
dicto Wygonbnika totum suum interesse seu totam sortem se post Parentes quo-
vis modo ac iuris titulo concernen. Cum pratis et omnibus ac singulis eorundem
bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis
uncti[s] commodis nullis penitus exceptis in summa Viginti Florenorum
pollonicalium hinc usque ad exemptionem et summae praefatae integram et indi-
visam exolutionem obligavit inscripsit et invadiavit Cui eadem in
Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministeria
lem Regni Generalem et Nobiles duos quovis officiose acceptandam dat
et admittit Paceque tuitionem et evictionem ab omni impedimento iuri-
dico quarumvis personarum propinquarum et remotarum tenuta eiusmo-
di cavet sub Vadio simili aliorum Viginti Florenorum pollonicalium
Et Coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Bransensi in primo citationis
Termino tanquam peremptorio peremptoria evictione ac satisfactione sine ul-
la dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione.

Proszenski Demissio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Adam
olim Abraham Kostro de Kostry Pulaski sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere Recognovit Quia Nobili Mathiae olim Gregorij Proszenski
de Zalesie et eius successoribus de omni et integro iure suo seu inscriptione certa
sibi recognoscenti per Nobilem Jacobum filium olim Joannis Kostro de Kostry Lytwary
super summam Viginti Florenorum pollonicalium modo certi veri et liquidi
debiti facta cum omni eadem potestate eiusmodi inscriptionibus suis liganea
omnibus in originali inscriptione contentis cedit demittit omne et integrum
ius suum sibi ad praemissa servien. in personam eius plenarie transfert et transfundit